

Christian Friedrich Bauer


**Christiani Friderici Baveri SS. Theol. Doctoris Eivsdemqve In Acad.
Vitembergens. Prog. Pvbl. Ord. Et Alvmn. Reg. Elect. Ephori Dispvtatio
Theologica De Domini Ad Abrahamvm Ivramento Circa Nostram Aeternam
Salvem Ad Concilianda Loca ...**

Vitemb.: Prelo Ephraim Gottlob Eichsfeldi[i], D. VI. Avg. MDCCXLVI

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn861925904>

Druck Freier  Zugang






90

49. dg.

Fa 1092 (90.)

Handwritten text on the right edge of the page, including the number 66 and various illegible characters.

10




1. Jo. Bernh. Hahnii introductio generalis in Pentateuchum Mo,
 1^o Region. 1737.
Meßner
2. Jo. Deuschnaundt de Spiritu Sancto hospite pentecostali Steuernachus
 in Paradiso Gen 11. 11. recitata reliquæ tradita Witeb 1692
3. Jo. Andr. Mich. Nagelii Observationes in Gen 1, 2. Hel 1742
4. Matth. Killerus de opere secundi diei ad Gen 1, 6. 7. S. Tubing 1740
5. Carp. Löfcheri consiliam DEI circa hominis creationem. ad
 Gen 1. 26. 1697 rec. Witeb 1704.
6. Christo. Math. Plaffius de prima et benedictione et lege divina:
 creata et multiplicandi ad Gen 1, 28. Tubing 1742.
7. Dem de hexaemeri Mofaici opere die septimo absoluto, huiusque
 sanctificatione ad Gen 11. 2. Tubing 1742.
8. Jo. Herm. Bennerus de tentatione in Paradiso Giesf 1745
9. Christo. Timoth. Sidalius de primo primorum hominum peccato
 Keluff. 1743
10. Andr. Hellmannus de duplici vestitu primorum hominum ad
 Gen 111, 7. 21. Götterb. 1744.
11. Jac. Wilk. Teuclinus de Adamo, e sola illa arbore adepturo cogno-
 sitionem boni et mali ad Gen. 111, 22. Götting 1743.
12. Jo. Guil. Hick de Cherubim Paradisi ad Gen 111, 24. Witeb 1720.
13. Carp. Jac. Math de fide matris vicentium in virum pe-
 houam ad Gen 14, 1. Erl. 1740.
14. Jo. Friedr. Zolt unum Entwurf von dem Graduel über
 die erste Grad von Entwurf von dem Grad von
 ad Gen 11, 1. Jnu. 1749.
15. Nicol. Pancius de colloquio Caini Witeb 1694.
16. Jo. Christo. Orllobius de figis Caini ad Gen 11, 18. Erl.
 1711
17. Jo. Cyprianus de propagando evangelio ad Gen 11, 26. Leipzig 1749.

18. Mich. Guil. Schröderus de prima cultus publici divini institutione
Narp. 1745.
19. Aug. Pfeifferus de Henoch ad Gen. 11. 22. 23. 24. Witel 1670
20. Jo. Henr. a Seelen examen hypothesarum de diluvio aenigmatico
Post 1725
21. Jo. Rud. Glander de sensu verborum Gen. 11. 5. coll. 1. 2. 24.
Tubing. 1719
22. Henr. Jac. Lapis de poenitentia NBO adserta ad Gen. 11. 6.
Griphiswald 1747.
23. Georg. Harsdörfer Pöpschens erörtern einiger Pötzgen von dem Pöpschens
zu walden und der Daniel molungstun Pöpschens Wörnung der,
plengst erorden. Laub. 1742.
24. Matth. Hillerus de antiquissima gigantum gente eorumque
sedibus ad Gen. XII. 6. Tubing 1701.
25. Jo. Val. Megmayer de Abrahamo peregrinante cum femine
sua. Jen. 1714.
26. Georg. Friedr. Nöhengk de tribus viris Abrahamo appa-
rentibus ad Gen. XVIII. 1. Post 1707. Lipsia. 1711.
27. Jo. Rud. Kieseling de divinis Abrahami hospitibus ad Gen.
XVIII. 7. 2. 3. Lips 1740
28. Jo. Saubertus de statua falsi et Lotii ex Sodoma
egressu. Helms 1660.
29. Christi. Friedr. Bauer de Domini ad Abrahamum juramento
ad Gen. XXII. 16. Luc. 1. 54. 55. 69-75 et Hebr. 11. 19.
Witel 1746
30. Jo. Henr. a Seelen de Abrahamo et Jacobo Patriarchis
viduis ad Gen. XXIII. 1-19. XXXV. 19. 20. Lub. 1714.
31. Aug. Pfeifferus de Theraphim fidei Libani ad Gen. XXXI.
Witel 1663
32. Theod. Christ. Lilienthalius de gloria Angeli frederici cum Jacobo
collocantis ad Gen. XXXII. 24. Lips 1711. A. Neigom. 1714.

ad Gen. xxv. 2. 3. 4. Lyp. 1711.

35. Geor. Hein. Jötter de quibusdam num. Pharae opera Josephi ad veram
eulogiam productus fuerit. Lub. 1712.
36. Aug. Tobolius de Josephi Josephi divinatoris ad Gen. xlv. 3. Ferg. 1725
37. Geor. Dau. Zypho de integritate Cap. xlvii Genes. contra Schuckfordii
Kal. 1714
38. Christo. Henr. Zeibichius de sepultura in terra sancta a Josepho ac
Josepho patriarchis moribundi exposita ad Gen. xlviii. 29. 30. 31.
xlix. 29. 30. 31. 32. L. 5. 24. 25. Hebr. xl. 21. 22. Willeb. 1718.
39. Jo. Christi. Einigk de manu dextra honoratione ad Gen. xlviii. 14.
Lyp. 1707
40. Just. Friedr. Zacharias de ritibus scholasticis Judaeorum ad Gen.
xlix. 10. Gilo. 1715
41. Theod. Kafalus de Naphthalitide patria Apostolorum ad Gen. xlviii.
21. Brem. 1721.
42. Jo. Friedr. Prellkii notae in Josephi Torelli animadversiones
in Exodi libro et lxx. graecam interpretationem. Lyp. 1716
43. Friedr. Wich. Krafft de pietate obsequium qua Deus donos
dicitur exsuperasse aedificasse Israelitis ad Exod. 1. 20. 21. Gen.
1714
44. Christo. Aug. Heumannus de Pseudothamaturgis Pharaonis 1714
rec. Jen. 1715
45. Bernh. von Süden spissus sanguinum ad Exod. 11. 15. 16.
Regim. 1719
46. Jo. Silemann Schenk de altellis farris et proleis Israel.
1713
47. Christo. Henr. Zeibichius de mysterio carnis aegae in nocte
paschalis prima concodae ad Exod. xii. 8. 9. Willeb. 1718
48. Christi. Henr. Bromel de angelo exterminatore ad Exod.
xii. 23. et ff. lxxviii. 49. Jen. 1605.
49. Christi. Salmans de transitu Israelitarum per mare rubrum
Ged. 1702

Jo. Rud. Kieslingus de Judaeis ad faciliorem Zelandicam promou-
catis Lipsi 1746
681. Idem de fadalo explori veritatis contra semetipsum teste
ad Deuterom. xxviii, 64 65. Lipsi 1748



51.

52.

53.

54.

55.

56.

57.

58.

59.

60.

61.

CHRISTIANI FRIDERICI
BAVERI

SS. THEOL. DOCTORIS EIVSDEMQUE IN ACAD.
VITEMBERGENS. PROG. PVBL. ORD. ET ALVMN.

REG. ELECT. EPHORI

DISPVATIO THEOLOGICA

DE

DOMINI AD ABRAHAMVM
IVRAMENTO

CIRCA

NOSTRAM AETERNAM SALVTEM

AD CONCILIANDA 'LOCA

GEN. XXII. 16. ET LVC. I. 54. 55. 69-75.

NEC NON HEBR. VI. 13.



VITEMB. D. VI. AVG. MDCCXLVI.

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.

2

CHRISTIANI FRIDERICI
BAVERI

SS. THEOL. DOCTORIS DIVISIONE IN ACAD.
VITMBURGENSE, THEOL. PUBL. ORD. ET ALIUM
REG. SOCIETY EPISCOPI

DISSERTATIO THEOLOGICA

DE

DOMINI AD ABRAHAMUM
IVRAMENTO

CIRCA

NOSTRAM ALTERNAM SALUTEM

AD COMPLETANDUM LIBRUM

GEN. XXII. IN ET LIB. I. ET II.

NEC NON LIB. VI.



VITMBURGI VI. AVG. MDCCCXXXI.

VELLE SCHULAE THEOL. PUBL. VITMBURG.

ACADEMIAE & SOCIETATIS

Diuinum, quod Dominus Abrahamo iuravit iuramentum, de acquirenda et obtinenda ab omnibus gentibus per benedictum Abrahami semen, vita aeterna, si fidem Abrahami sequantur, quod nostram omnium beatorum futuram haereditatem et susceptionem in coelos concernit, a multis, ob neglectum fontium, interpretibus minus recte intelligitur. Existimant, rem ipsam, de qua Dominus iuravit Abrahamo, fuisse promissionem terrestrem, nec coelestem, nempe promissionem dandae ingentis posteritatis, quae terram sanctam occuparet, et portas suorum hostium possideret. Longe aliter autem iudicarunt de hoc iuramento fideles Veteris et Noui Testamenti, quorum confessiones ad nostra peruenerunt tempora. MARIA, ZACHARIAS et PAVLVS mentionem faciunt huius iuramenti, sed ita, ut de promissione ad ipsorum aeternam salutem tendente, accipiant, cui tanquam firmatae anchorae spei suae innitentur. Confitentur vno ore ac spiritu, factum Domini ad Abrahamum iuramentum in se continere promissionem redemptionis, salutis, et haereditatis aeternae, ad quam perfruedam, cultores Messiae suscipiantur in aeternam beatitudinem. Quo fundamento haec fidelium N. Testamenti expositio nitatur in timore Domini expendemus, et ut ordine progrediamur, primo sermonem Mariae, Zachariae et Pauli de hoc iuramento audiemus, vt discamus veritates, in eo contentas ac quaerendas. Deinde iuramentum Domini Abrahamo factum in omni complexu suo considerabimus, et his praemissis quaestionem tandem soluemus: *De qua re Dominus Abrahamo iuravit, vtrum de terrena Iudaeorum benedictione, an de aeterna omnium fidelium beatitudine?* Spiritus veritatis introducat nos in omnem veritatem!

Verba Mariae, quae huc spectant, Luc. I, 45, 55. sic se habent,

A 2

bent, Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παῖδος αὐτοῦ (μνησθῆναι ἐλπίς, καθὼς ἐλάλη-
 σε πρὸς τὰς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραάμ καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ) εἰς
 τὸν αἰῶνα. *Suscipit Israelem servum suum, (ut memor sit miseri-*
cordiae, sicut locutus est ad patres nostros, Abrahamo et semini
eius,) in aeternam beatitudinem. Haec est conclusio Cantici
 Mariae, qua docet: Christum esse susceptorem Israelis, serui
 sui, in aeternam requiem. Quaero enim, annon sequentes in
 verbis Mariae continentur veritates? Dominus suscipit Israelem
 ipsum colentem, εἰς αἰῶνα i. e. in aeternam beatitudinem.
 Haec susceptio Israelis fidelis εἰς αἰῶνα, in aeternam felicitatem,
 est misericordia Dei, quae Abrahamo et semini eius aeterna
 est saluti. Haec salus et misericordia, est summa foederis
 cum Messia, & promissio, quam Deus Abrahamo non solum ver-
 bis iniit, sed etiam praestitit. Per impletionem promissae susce-
 ptionis in coelos, Deus se ostendit memorem misericordiae suae,
 Abrahamo et semini eius oblatae. De hac susceptione in coe-
 los, Deus locutus est ad patres Israelis, pangens cum illis foedus
 de benedicens per benedictum semen Abrahae omnibus gen-
 tibus. Ob hanc susceptionem εἰς αἰῶνα, de qua Deus ad patres
 locutus est, omnis Israelita, qui Messiam colit, de aeterna sa-
 lute sua bene speret. Veracissimus enim Saluator, verissimus e-
 rit ἀντιλήπτωρ, susceptor in aeternitatem. De hac doctrina Mariae
 multum abeunt illi interpretes, qui contendunt, verborum seri-
 em plane aliter, et quidem ita ordinari debere: Dominus recor-
 datus est misericordiae suae, quam promisit, se Abrahamo et semi-
 ni eius in secula praestitutum, ideoque susceperit Israelem pue-
 rum suum, misso Messia collapsum Iudaeorum statum erectu-
 rus, et eos in terrestrem libertatem vindicaturus. His oppono:
 1) Series verborum in fontibus ordinata a nobis non deseri, sed
 retineri debet. 2) Maria considerat ἀντιλήψιν fidelis Israelis εἰς
 αἰῶνα, vt opus misericordiae diuinae patribus promissae, nec
 somniat erectionem regni mundani. 3) Phrasis haec ἀντιλαμ-
 βάνεσθαι εἰς τὸν αἰῶνα, *suscipere in aeternitatem*, recte intelligen-
 da est, ne diuifim sed coniunctim considerentur verba. Quam-
 uis ἀντιλαμβάνεσθαι seorsim posita, significet *suscipere*, et por-
 recta manu prostratum erigere, additamentum tamen ἀντιλαμβά-
 νεσθαι εἰς αἰῶνα, coniunctum considerandum, de susceptione in
 aeter-

aeternam beatitudinem, loquitur. 4) Taceo, quod nostra interpretatione, omnis difficultas, quae alioquin ex structura vocum oritur, tolli et sensui textus optime consuli queat.

Sed progrediamur, ut verba Zachariae etiam percipiamus, quae Lucas sic ex inspiratione diuina conscripsit. Luc. I, 68. *Εὐλογητός κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐπισκέψατο καὶ ἐποίησε λύτρωσιν τῷ λαῷ αὐτῷ* 69. *καὶ ἤγειρε κέρασ σωτηρίας ἡμῶν, ἐν τῷ ὄρει Δαυὶδ τῷ παιδὸς αὐτῷ*, 70. *καθὼς ἐλάλησε διὰ στόματος τῶν ἁγίων, τῶν ἀπ' αἰῶνος προφητῶν αὐτῷ* 71. *σωτηρίαν ἐξ ἐχθρῶν ἡμῶν, καὶ ἐκ χειρὸς πάντων τῶν μισῶντων ὑμᾶς*, 72. *ποιήσαι ἔλεος μετὰ τῶν πατέρων ἡμῶν, καὶ μνησθῆναι διαθήκης ἁγίας αὐτῷ*, 73. *ὄρνον ὃν ἄμωσε πρὸς Ἀβραάμ τὸν πατέρα ἡμῶν, τῷ δῶναι ἡμῖν*. 74. *Ἀφ' ὧρας, ἐκ χειρὸς τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν ῥυθίνοντας, λατρεύειν αὐτῷ*. 75. *Ἐν ὁσιότητι καὶ δικαιοσύνῃ ἐνώπιον αὐτῷ, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ἡμῶν*.

Antequam versionem addam, praemonere liceat: Zachariam nominare Messiam Deum Israelis et redemptorem populi sui, eumque describere ut Salvatorem coelestem, qui cornu i. e. regnum salutis, eo, quem omnes ab initio sancti prophetae praedixissent modo, erigat, et quidem salutem, qua nos ex omnibus hostibus et osoribus exempti fruemur misericordia cum patribus nostris, quam ad demonstrandam sancti foederis sui memoriam exhibebit, et ad dandum i. e. ad implendum iusiurandum, quod Abrahamo iuravit. Huius aeternae salutis causa, nostri est officii, ut sine metu, ceu redempti ex potestate inimicorum nostrorum, ipsi seruiamus in sanctitate et iustitia coram ipso, per omnes vitae nostrae dies. Hac praemissa introductione ad verum huius textus argumentum, vertemus etiam Zachariae verba 68. *Benedictus sit Dominus, Deus Israelis, quia visitat et redemptionem facit populo suo* 69. *et erigit cornu i. e. regnum salutis nobis in Domo David servi sui*, 70. *sic, ut promisit seu locutus est per os sanctorum, qui a seculo fuerunt prophetarum eius* (et quidem salutem non terrestrem, sed coelestem) *salutem qua erimus ex inimicis nostris, et ex potestate, seu manu omnium, qui nos odio habuerunt* 72. *ad faciendam seu conferendam in nos misericordiam cum patribus nostris*, (ut in sinu Abrahae eadem cum ipso perfruamur beatitudine) *et ad*

demonstrandum, se memorem esse sancti testamenti sui, 73. et iuramentum, quod ad Abrahamum patrem nostrum iurauit, nobis dandi i. e. adimplendi. 74. Ut itaque (nobis incumbat, ut) sine metu, tanquam liberati de manu inimicorum nostrorum, illi seruiamus 75. in sanctitate et iustitia coram ipso omnibus vitae nostrae diebus. Zacharias sic colligit, quia Messias est restaurator aeternae salutis, in qua nullos osores et hostes amplius experiemur, ipsi etiam ἀφόβως seruiendum est a nobis in omni hac vita. Haec non satis intellexit CLERICVS, qui in Adnotationibus suis ad HAMMONDVM, prophetam spiritu sancto repletum p. 284 sic traducit:

Nimirum Zacharias hic loquitur de regno Messiae, ut veteres prophetae solebant; nempe, quasi de liberatione Iudaeorum a periculis, quae illis ab eorum hostibus imminabant. Eo tempore, quo loquebatur Zacharias, Syri, Aegyptii alique Ethnici vicini Iudaeorum, ita iis infensi erant, ut non possent ἀφόβως sine metu, Religionem suam profiteri, ubi Ethnici superiores erant numero; aut ire Ierosolymam, ut sacra facerent sine periculo. Quin et a Romanis ipsis sibi timebant, ne superstitione occaecati, Dei veri cultum aliquando oppugnarent, ut saepe postea fecerunt. Igitur ita loquitur de Messia Zacharias, quasi Iudaeos hisce periculis esset erepturus, ut vulgo persuasum erat, nec spiritus propheticus rem ei clarius reuelauit, et proprius verborum sensus is est, quem indicavimus

Parum abest, quin ego quaeram, an non CLERICVS pro blasphemo in Spiritum sanctum habendus sit? quia Zachariae, qui repletus fuit Spiritu sancto, quum prophetaret et haec diceret, teste Luca 1. 67 tribuit spiritum propheticum, rem non clarius reuelantem, quam ut vulgo persuasum. Zacharias ita de liberatione cultorum Messiae a periculis locutus esset, ut veteres prophetae solebant, ut vulgo persuasum erat. Proprius verborum sensus, quem CLERICVS indicauit, ipsis non innotuisset, nec spiritus propheticus rem eis clarius reuelasset. Quis non abhorrebit a tam iniuriis in Sp. S. verbis. Quis non deridebit CLERICVM, Zachariae tempora falso sic depingentem, quod tempore

re

re natiuitatis Iohannis, Iudaei nec suam religionem sine metu profiteri, nec Hierosolymam, vt sacra facerent, sine periculo ire potuissent. Huic autem mendacio, superstructa est fictio, quasi Zacharias suo tempore non vixisset *sine metu* a Syris et Aegyptiis, quod CLERICI pudendum est figmentum. Cui sano itaque homini CLERICVS persuadere poterit, meticulosum fuisse Zachariam, igitur ita locutum esse de Messia, quasi Iudaeos hisce periculis esset erepturus? Num redemptio, quam Deus facit populo suo, et quam Zacharias etiam pro salute sua habuit, consistere debuit, in securitate viarum ad templum? Num in sancto foedere Dei, et in iuramento ad Abrahamum facto Messias egit de his nugis et figmentis, quae CLERICVS indicauit, vt proprium verborum Zachariae sensum? Legantur modo verba Zachariae cum attentione, et apparebit, illum a Salvatore expectasse salutem per omnes prophetas promissam, qua in sinu Abrahæ et cum patribus ab omnibus spiritualibus hostibus liberatus diuinam experiretur misericordiam. Discamus exinde, quid sanctum Iesu Christi testamentum importet, quid sibi velit iuramentum Abrahamo factum, et quod Zacharias ideo se referat inter benedictos Domini, qui uitam aeternam haereditarent. Ob expectandam hanc *sine hostibus* salutem, colendus etiam est Messias sine metu, in hoc mundo *sub hostibus*. Hanc distinctionem, inter salutem *sine hostibus*, et *sub hostibus* si recte obseruamus, facile credemus, sanctum testamentum Dei, eiusque diuinum iuramentum, aeternam etiam respexisse salutem nostram, et tunc genuinum verborum Zachariae sensum assequemur, quem CLERICVS nec ipse vidit, nec aliis indicare potuit.

Occasio autem minus recte intellecti Zachariae cantici, mihi videtur duplex phrasis graeca, a latinis incommode accepta. Primo v. 71. elegantem locutionem de vita aeterna, quod sit *σωτηρία ἐξ ἐχθρῶν* *salus ex inimicis* i. e. vt simus salui, sine inimicis, per duram expositionem, ad liberationem a periculis sub externis hostibus, ecclesiam militantem continuo infestantibus traxerunt. Christus autem non venit in mundum, vt externo belli apparatu vel Aegyptios, vel Syros, vel Romanos, in carnalium Iudaeorum gratiam opprimeret, eisque securitatem cultus Leuitici Hierosolymis restitueret. Vera salus nostra, et ve-

ra

ra iustitia nostra, nobis nec in Romanorum deletione, nec in cultus Leuitici conseruatione contigisset, vera autem salus nostra est ea, quae a Christo nobis parata est, quae est in remissione peccatorum, in ereptione e potestate Satanae, in susceptione in coelos, ut ibi cum patribus nostris aeterna Dei fruamur misericordia. Deinde phrasin graecam v. 73. *δέναι τὸν ὄρκον* Latini non recte acceperunt. Quemadmodum apud Hebraeos distinguendae sunt phrasae, *כרת ברית* *ferit* seu sancit foedus, deinde *ברית הקים* *permittit*, ut foedus *persistat*, seu continuat foedus, et tandem *ברית נתן* *dat* vel adimplet foedus; sic etiam in iuramento Messiae promissorio, *τὸ δέναι ὄρκον* est seruare, seu adimplere iuramentum. Interpretes autem hoc verbum *δέναι*, quod Accusatiuum *ὄρκον* construit, non ad eum retulerunt, sed ad subsequenter textum, ac si Zacharias dixisset: *iusiurandum, quod iurauit Abrahamo patri nostro, tantum fuit, se daturum nobis facultatem sibi seruendi in sanctitate*. Sed sic nulla promissio vitae aeternae, in diuino ad Abrahamum iuramento fuisset contenta, quam tamen Paulus in epistola ad Hebraeos c. VI. v. 13. 18. etiam inuenit et docuit.

Nam admonitio Pauli, ut fideles Hebraei in spe, haereditatem aeternam per fidem in Christum acquirendi, perseuerent vsque ad finem, sic se habet: Hebr. VI. 11. *Cupimus autem vnumquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem, ad expletionem spei vsque ad finem. 12 ne segnes fiat is sed imitatores eorum, qui fide et patientia haereditauerunt promissiones*. Cuius perseuerantiae excitamentum ab exemplo Abrahami petit, ita ut *τὸ βαβαιον* promissionis diuinae et *τὸ μακρόθυμον* fidei sequentibus verbis exponat. 13 *Quoniam enim Abrahamo se promittens Deus neminem habuit, per quem iuraret maiorem, iurauit per se ipsum, dicens, 14. Ἡ μὲν εὐλογῶν εὐλογήσω σε, καὶ πληθύνων πληθύνω σε, si modo benedicens benedixero tibi, et multiplicans multiplicauero te*. Hoc est iuro, per me ipsum, me fore benedictum semen Abrahami post susceptionem tuam, o Abrahame, in aeternae benedictionis haereditatem, et post ingentem posteritatis eius multiplicationem. Quum prius sic tibi benedicens benedixero, et multiplicando multiplicauero te, tunc fiam semen tuum, in quo omnes benedicentur gentes. Hoc iuramento

mento Dei audito Abrahamus etiam laetus suum diem emortualem, quo promissam vitae aeternae haereditatem adiret, expectabat. 15. Καὶ ἔτο μακροθυμήσας ἐπίτευχε τῆς ἐπαγγελίας. *Atque ita longanimiter expectans consecutus est promissionem, nempe vitae aeternae. Eadem firmitate fidei insisterent etiam Hebraei, suae salutis promissioni, in iuramento ad Abrahamum contentae, ut in spe salutis aeternae firmum et constans haberent solatium, quae anchorae sit instar coelis defixae, quos Christus sit ingressus. Huc refero sequentem textum: 16. Nam homines quidem per maiorem iurant, et omnis controuersiae finis circa confirmationem eis est iuramentum. 17. Qua in re cum Deus haeredibus promissionis abundantius vellet ostendere immobilitatem consilii sui, interposuit iusiurandum, 18. ut per duas res immobiles, in quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum solatium habeamus, qui confugimus, ut poriamur proposita spe, 19. quam velut ancoram habemus animae, tum tutam, tum firmam, tum introeuntem usque ad interiora velaminis, ubi praecursor pro nobis introiit Iesus etc. etc. Quis non videt, Paulum etiam iuramentum Domini ad Abrahamum factum sic intellexisse, ut haeredibus promissionis, qui proposita spe vitae aeternae potentur, fortissimum praebent solatium.*

Percepta igitur promissione vitae aeternae, quam Maria, Zacharias et Paulus e iuramento Domini deduxerunt, necesse est, ut ipsa iuramenti verba in omni contextu suo consideremus. In VULGATA sic se habent Gen. XXII. 15. *Vocauit autem angelus Domini Abraham secundo de coelo, 16. Dicens per memetipsum iuravi, dicit Dominus: quia fecisti hanc rem; et non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, 17. benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas coeli, et velut arenam, quae est in litore maris: possidebit semen tuum portas inimicorum suorum, 18. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae, quia obedisti voci meae. Quum nullae autem versiones possint equiparari originali, sed omnes ad fontes sint expendendae, nos etiam veritatem diuinam fontibus expressam fideliter reddemus et omnium examini subiiciemus in sequenti tabula. Gen. XXII. 15. Quum vero vocasset Angelus Domini Abrahamum secunda vice de coelo,*


B

Gen.


nem Dei, quia Deus occisionem Isaaci ad holocaustum non intenderat, sed tantum, ut pia ac fideli oblatione ad holocaustum, Abrahami fides ac pietas in filium Dei, manifestaretur. In Deo nulla aderat ignorantia, quasi non praevidisset fidem Abrahami, e diuino tamen erat consilio, ut Abrahamus in suum et suorum commodum probaretur, et sic proba fidei testaretur, veram et viam fuisse Abrahami fidem in Messiam, totius mundi redemptorem, a quo ut futuro Abrahami semine, omnibus gentibus benedictio veniret. Propterea quod Abrahamus hoc fecerat, et gratiam Messiae, vitae filii sui praeferebat, non pepererat filio suo, et quidem unico, ideo iurat, fore ut omnes gentes benedicendae sequantur fidem Abrahami, et in illo semine Abrahami, cuius vocis iam ipse obediuerat, suam quaerant salutem, et sic ad modum Abrahami sibi benedicant in Deo ac semine Abrahami, sub obedientia fidei. In hoc iuramento diuino distinguendae sunt promissiones primariae a secundariis. Primaria promissio concernit Abrahami et omnium fidelium aeternam salutem, per quam fierent benedicti Domini, haereditaturi regnum salutis, ab initio mundi iis per Christum, Deum ac semen Abrahami parandum. Secundariae autem promissiones, repetunt bona antea iam promissa, et incarnationem redemptoris antecessura, et huc pertinet promissio dandae ingentis posteritatis Abrahamo, et occupandae ab ea terrae sanctae.

Ex his deductis liquet, rem promissam, quam Deus sanctissimo iuramento Abrahamo confirmare voluit, esse exhibendam per Christum benedictionem omnibus gentibus, seu salutem et vitam aeternam, quam in Christo, in semine Abrahami, eadem integritate fidei, qua Abrahamus esset usus, omnes gentes quaerent, ac etiam certo obtinerent. De hac redemptione a peccatis nostris, et susceptione in coelos etiam prophetae veteris Testamenti iuramentum Domini ad Abrahamum factum interpretati sunt. Ideo propheta Micha quaerit Mich. VII. 18. *Quis Deus similis tui, qui ablaturus est iniquitatem, et transturus, ob peccatum, pro reliquiis haereditatis tuae, qui non retinebit in aeternum iram suam, sed ipse delectabitur misericordia? 19. qui rursus miserebitur nostri, qui colliget iniquitates nostras, et qui proiecturus est, ut tu, in profundum maris, omnia peccata nostra? Ad hanc quaestionem, quis est Deus saluator, respondet propheta 20. Dabis veritatem Iacobo, et misericordiam Abrahamo, quae iurasti patribus nostris, a diebus antiquis.* Ergo iuramentum Dei, de veritate et misericordia Messiae, qua homines saluantur, accipiendum est. Subiungo itaque verba Psalmi XCVIII. 1. excitans ad confessionem Messiae, *Cantare Domino canticum novum, de eo quod miracula fecit, quod salutem praestitit per dextram suam, et per braccium sanctitatis suae, 2. quod manifestavit Dominus salutem suam, quod etiam in oculis gentium reuelavit iustitiam suam, 3. quod recordatus est gratiae et veritatis suae erga domum Israelis, ita ut videant omnes fines terrae, salutem Dei nostri.* Concludo tandem cum Psalmo CV, in quo Dominus ob initum cum Abrahamo foedus sic celebratur. 1. *Confitemini Domino, praedicare in nomine eius, nota facite inter populos opera eius. 2. Cantate ei Psalmos, celebrate eum, meditamini omnia miracula eius, 3. Gloriamini vos in sancto nomine suo, laetetur cor eorum qui quaerunt eum. 4. Quaerite Dominum eiusque potentiam, quaerite facies eius semper. 5. Recordamini miraculorum eius, quae fecit, prodigiorum eius et iudiciorum oris eius: 6. In SEMEN ABRAHAMAE serui sui, inter cuius electos filii Iacobi essent, 7. fieri vult DOMINUS DEVS NOSTER, qui in omnem terram sua habet iudicia (Gen. XVII. 4.) 8. MEMOR ERIT IN AETERNUM FOEDERIS SVI, verbi quod mandauit in mille generationes 9. foederis (quod pepigit) cum Abrahamo, et iuraturandi pro Isaaco. Faxit itaque Deus, ut ex his conuicti non solum credamus, sed etiam experiamur, in foedere et iuramento Dei erga Abrahamum nostram etiam aeternam salutem fuisse sitam, cui sit laus, honor et gloria in secula seculorum*

Amen!









Sed cum religione Iudaica res prorsus aliter habet. is sub Patriarchis, eorumque numerosa prole egit radivnquam calamitates propterea a Deo populo Iudaeoae, vt Profelytorum maior numerus Iudaismo adiace-nde neutiquam tam diuturna Christianorum vexatio quidem Iudaeorum. Illa per tria tantummodo secula Christi gregem adflixit; deinde ipsorum fides, euictis mine ac splendore suo totum terrarum collustravit in haec contra calamitas non tria secula sed per grande ai spatium iam persistit, neque vlla spes mitioris fati

§. VII.

nem impono huic qualicunque scriptioni, summum ntissimis exorans precibus, vt excoecatam Iudaeorum lesu Christo per spiritum sanctum ad lucem veritatis uo, pariete intergerino per sospitatorem nostrum sub-udaei, suus olim populus, tum nos insititii huius olea- no spiritu, vna mente, vnoque ore, ipsum colamus, celebremus. Deo trino sit laus, honor et gloria in- orum. Amen.

*Epilogus et
preces pro Iu-
daeis ad De-
um fusae.*

CLA-

OTIVS quidam conscripsit librum de Iudaeo Christicida, ne peccante et vapulante; allegatum hoc scriptum in GII L' Historie des Juifs T. IV. c. I. §. XI. p. 926. edit. am. inueni.

